



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 130. An dicta de ignorantia etiam valeant de oblivione naturali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

tia, quod solum non sufficeret sine conjecturis vel aliis probationibus, uti communis docent AA. apud *Castrup* suprà p. 19., hinc notat *Suar.* de cens. d. 4. f. 8. in foro externo raro admitti ignorantias invincibilis juris, nisi validissimis rationibus probentur, & inde forte est, quod Ecclesia conversos ad fidem absolvat ab excommunicatione, quia forsitan presumit ignorantiam poenae annexae fuisse vincibilem: de hoc tamen dicetur postea l. 6., quando agetur de Confessario hominis convertendi ad fidem.

Q. 130. An dicta de ignorantia, etiam vale- 773
ant de oblivione naturali. R. Affirmative, nam ob-
livio naturalis æquivalet ignorantiae invincibili, uti
recte cum aliis Sanch. & Dian. p. 3. t. 6. R. 41., infe-
rens eum, qui ex oblivione omisit horas Canonicas,
non teneri restituere fructus, quia lex penalis irri-
tans acquisitionem fructuum, non obligat eos, quia
sine culpa oblii sunt legis obligantis ad orandum.

D U B I U M II.

774

An metus excusat ab observatione legis.

R. Esp. Si ex metu facis, quod simpliciter malum “
est, peccas quidem; minuitur tamen per me- “
tum malitia, quia minuitur libertas. Interim sæpe “
fit, ut præcepta quædam non obligent, cùm eorum “
observatio cederet in grave alicujus incommo- “
dum. & tunc, si ex metu talis incommodi quis tale “
præceptum omittat, non peccat, cùm præceptum “
non liget. Est communis. Unde resolvuntur: “

I. Præceptum naturale negativum, prohibens “
rem intrinsecè malam, non licet violare, ne quidem “
ob metum mortis. 775

II. Metus gravis, v. g. mortis, &c. sæpe non tan-“
tum 776.